

moribus. Num rima unica navis pereat, num parte A maxima confracta, parum interest. Lege August. ep. 108. sub fin.

(2) Eripimur à Deo salutis nostræ à sanguinibus, per & propter Messia sanguinem: vid. v. 9.

(3) Salute impetrata vigilandum vel maximè contra obliuiosam ingratitude.

(4) Cantilenæ Deo placent.

(5) Justitia Dei celebranda, tum quæ verbi sui verè fuit memor, gratiamque semel promissam benignè & ipso opere concessit, tum quæ ex hostium, sive spiritualium, sive carnalium tyrannide liberavit, eosdemque justè puniuit.

#### USUS E VERSU XVII.

(1) Ille Christus mutis restituit loquelam, (Luc. VII, 37.) ita bodieque obmutescentium præ pudore ac mæstitia labia aperit, dum & materiam, & formam sive verba decora, & animum suppeditat, laudes Dei cum gaudiò propagandi.

(2) De laudibus Dei vid. præc. II.

#### USUS E VERSU XVIII.

(1) Sacrificia quomodo probeat improbetve Dominus, vidimus psalmò præced. 50.

(2) David haut dubiè, secundum leges Mosaicas, non intermisit holocausta atque eucharistica offerre; verum non ita, ac si h. m. externis hisce sumtibus ac ceremoniis sit satisfactum Deo, sed prout per hæc pedagogica ducebatur ad passurum Messiam, in quem Deus cuncta nostra coniecerat peccata: Jes. 53.

### PSALMI LII. DISPOSITIO.

#### Speculum vitæ aulicæ. Tyranne rues.

**P**ost titulum, quò autor, tempus & occasio scriptionis exprimitur, v. 1. & 2. habetur.

I. Calumniatoris increpatio: ubi (1) titulus adversarii, gibbor: v. 3. (2) actio ejusdem vitiosa (α) gloriatio de malo, ib. cui opponitur divina gratia, (Davidi) quotidie continuata, ibid. (β) lingue abusus ad pravitates, lesiones, dolos: v. 4. (γ) proæretica mali falsique electio præ bonò atque justò: v. 5. 6. (3) Prædictio pænæ severa: (a) Deus te destruet perpetuo, v. 7. (b) abripiet avelletque è tentoriò (c) è terrâ viventium eradicabit: ib. (4) Consequens hujus pænæ: (N)

Justi videbunt, v. 8. (B) timebunt, (1) deridebunt: ibid. formulæ locò subjungitur: ecce virum (a) Deo se non committentem; (b) opibus suis fidentem (c) in nequitia robur ponentem: ibid.

II. Innocentis consolatio: ubi (1) spes vigoris: ego quasi olea virens in domò Domini cum tempore florebo: v. 10. (2) professio pietatis: sperabo in Dei gratia perenniter: ibid. (3) promissio laudis: laudabo te semper, quod feceris: v. 11. (4) continuatio expectationis, sperabo in nomine tuo; ratio: quia illud bonum semper apud alumnos tuos: ibid.

### PSALMUS LII.

Denumerò hujus Psalmsi nugantem vide Bungum, myst. num. pag. 66.

#### EXPLICATIO VERSUS II.

**כִּיָּא** In venire: ) vel postquam venisset, Doëg; sponte nimirum & non citatus. Indicatur eòdem hòc verbò psalmi occasio, quo etiam psalmi præcedentis LI. innuebatur vers. 2. Historiam de hoc Edomæo, pastorem Saulis primario, factò tandem regis armigero, lege 1. Sam. XXI, 7. XXII, 9.

**הַדְּרִי** Adomæus: ) h. e. ex Adamâ urbe tribus Naphtali, (Jof. XIX, 36.) oriundus, ita Pifactor & Junius. Alii ad mores Edomæos, i. e. truculentos, respici opinantur; confer Jes. I, 20. LXX. & Joseph. l. 2. A. c. 13. vocant Syrum. Kimchi

#### USUS E VERSU XIX.

(1) Spiritus fractus & cor contritum commonefaciunt nos partis primæ Pœnitentialis.

(2) Hæc non placent Deo, placantve Deum, tanquam in se vim expiandi habentia, sed prout via gratiæ sic est parata: Jes. LXVI, 2. ubi profani & inflati Deo sunt manentque maximè exosi.

(3) Ille tamen certus esse potest de gratiâ, qui de dignitate penitus desperat propriâ, serioque sua confitetur delicta: Philipp. III, 8. seqq. 1. Corinth. XV, 7.

#### USUS E VERSU XX.

(1) Orandum non tam pro nobis ipsis, sed & pro tota Sanctorum congregatione; sicut h. l. pro Zion & Jerusalem. Huc oratio dominica plurali utens.

(2) Qui scandalum dedit, plagasque cæteris attraxit, studeat devotis precibus id totum amoliri.

(3) Nisi Deus benefaciat, beneficia hominum frustra nea erunt universa.

(4) A Deo petenda collapsorum (murorum) instauratio, debiliùm munitio, &c.

#### USUS E VERSU XXI.

(1) Salute murorumque instaurazione impetrata, sequi debet officium laudis: Ps. L, 15. 23.

(2) Sacrificia justitiæ sunt, quæ justè, secundum Dei verbum, non secundum adinventiones proprias, ut Missa &c. (Matth. xv, 9. Col. II, 18. 20.) afferuntur Domino. Huc Christianorum oblationes, qui Deo seipos sistunt victimas vivas. Rom. XII, 1. De vitulis labiorum vid. Hof. XIV, 3. Ebr. XIII, 15.